



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Indvstria Spiritvalis

Spee, Friedrich von

Coloniæ Agrippinæ, Anno M.DC.XXXIX.

Qvarto.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43756

omnium peccatorum genera , qui-
bus homines contra Dei præcepta pec-
care consueuerunt. Igitur in his tabel-
lis, singulas cellas percurre ordine, &
examina, an in singulis te culpabilem
inuenias, facile id conscientia & ma-
teria dictabit, si non inuenis, nec oc-
currit aliquantulum cogitanti, transi-
sine scrupulo, fecisti enim quod in te
est, non sis vltra sollicitus ; si inuenis
autem , tum cultello , quem ad ma-
num habere oportebit lingulam istius
cellæ eleua versus manum tuam dex-
teram , ita vt ea lingua emineat su-
pra agglutinatum ibi album margi-
nem.

Q V A R T O,

C Vm his tabellis accede ad sacerdo-
tem & incipiens à primo præcep-
to, lege ordine quæ ibi habes & illa pec-
cata , quæ exempta lingula annotasti,
confi-

confitere Nec est opus quicquam immutare dummodo subindè, vbi interrupcio magna facta fuerit solummodo dicas. Confiteor præterea me &c.

Q V I N T O.

PEracta verò confessione, recipe te iterum in cubiculum, & assumpto cultello exemptas linguas omnes insuum quamque locum, ordine restitue.

Ecce praxin: quid facilius? quid expeditius?

DVBIA NONNVLLA breuiter expedita.

QVæres primò. Quid si in examinationis tabellis dubitem subindè, an hoc vel illud fecerim aliquando, nec ne?

Respon-